

IULIUS FEMINAM PULCHRAM IN FORO TUSCULANO ASPICIT

Iulius in via ambulat; is enim Tusculum it.

Tusculum parvum sed pulchrum forum habet atque in eo multae tabernae sunt. Iulius ad tabernam quae vendit mala et pira it et Dorippa videt, quae pulchra tabernaria et amica Iulii est.

Iulius: -Salve, Dorippa!-

Dorippa: -Salve, Iuli! Cur Aemilia abest?-

Iulius: -Aemilia, femina mea, abest quia in villa cum Marco, Quinto Iuliaque est! Ea iubet me emere mala in foro Tusculano.-

Dorippa ridet; nam non solum femina Iulii eam delectat, sed etiam Iulius ipse!

Itaque Dorippa dicit: -Aspice hoc malum! Nonne pulchrum est? Color eius ruber est.- et malum ostendit.

Iulius: -Hoc malum non tam pulchrum est quam te, Dorippa...-

Iulius quoque ab ea delectatur, quia formosa est.

Ut malum, etiam Dorippa iam rubra est!

Iulius rursus dicit eam pulchram esse, et Dorippa laeta est.

Ea, quae virum amat, osculum Iulio dare vult et ad eum adit ... sed ecce Aemilia, quae virum suum cum Dorippa videt!

Aemilia irata baculo Dorippa verberat, dum Iulius perterritus se vertit et feminam suam aspicit.

Aemilia (ad Iulium): -Cur Dorippa viro meo osculum dare vult? Nonne ea te amat?

Illa femina improba est!-

Aemilia, irata, clamat. Dorippa Iulium delectat, sed is modo Aemiliam amat.

Itaque Iulius et Aemilia sine malis discedunt; Iulius ducit Aemiliam in tabernam in qua ornamenta venduntur, quia is anulum ei emere vult ...

Daniela Cavenati